

divinitatis scilicet et humanitatis in una persona, quem *ex duabus personis*
 25 *compositum credi ut nefas vitamus*⁶⁵). Apparens namque in mundo *mediator*
*Dei et hominum homo Christus Iesus*⁶⁶) de utraque tribu, regia scilicet ac
 sacerdotali, carnis originem traxit⁶⁷), quia in humilitate assumpta, id est
 incarnatione sua, non duas personas, sed utramque erat habiturus per-
 sonam: et sacerdotis scilicet et regis. Siquidem de regia eius potestate,
 30 qua electis suis regnum perenne tribuit, scriptum est: *Regnabit in domo*
*Iacob in aeternum*⁶⁸), de pontificali autem dignitate illius, in qua pro nostra
 redemptione hostiam suae carnis offerre dignatus est, testatur propheta,
 qui ait: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*⁶⁹). Dominus
 igitur noster Iesus Christus non, ut male compilavit vestrae scriptor
 35 epistolae, duas in se assumpsit personas, sed in humanitate assumpta
 utriusque officium habuit et habet personae et sacerdotis et regis;
 sacerdotis videlicet, ut nos hostia suae passionis ab omni peccato
 emundet et pro nostris iniquitatibus iugiter interpellans iustitiam patris
 nobis placabilem faciat et de corruptionibus, quae de peccato^e) conti-
 40 gerunt, nos salvet; regis autem, ut destructis adversariis et destitutis
 adversitatibus cunctis nos ad aeternum regnum perducatur. Tundenda est
 ergo mens bruta pistillo fidei; quae ab ipsis rudimentis infantiae in schola
 didicit et per plures annos in ecclesia tam multis concinuit, et quod
 cantavit animo non avertit: catholicam videlicet antiphonam, in qua
 45 dicitur: *Deus homo factus est. In quo fuit permansit, et quod non erat assumpsit,*

^e) peccata C

evangelistarum I, 3 (Migne PL 34 Sp. 1044): *Dominus enim Iesus Christus unus*
verus rex et unus verus sacerdos, illud ad regendos nos, istud ad expiandos. Allerdings
 fehlt bei Augustinus jede politische Programmatik im Sinne eines Fürsten-
 spiegels. In diesem Zusammenhang wird das Bild: Christus = Priester und
 König auf der Synode von Diedenhofen 844 c. 2 gebraucht (MGH Capit. 2
 S. 114, 1f., vgl. dazu Anton S. 231ff., weitere Belege sind ebd. S. 234
 Anm. 477 genannt).

⁶⁵) Gregor, Homiliarum in Evangelia lib. II, Homil. 38 (Migne PL 76
 Sp. 1283 B): *Sed quia ex duabus personis fieri solet ista conjunctio, absit hoc ab intellec-*
tibus nostris, ut personam Dei et hominis Redemptoris nostri Jesu Christi ex duabus
personis credamus unitam. Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis existere
dicimus; sed ex duabus personis compositum credi, ut nefas vitamus.

⁶⁶) 1 Tim. 2, 5.

⁶⁷) Vgl. Augustinus, De consensu evangelistarum II, 2 (Migne PL 34
 Sp. 1072): *firmissime tenendum est carnem Christi ex utroque genere propagatam,*
et regum scilicet et sacerdotum ...

⁶⁸) Luk. 1, 32.

⁶⁹) Ps. 109, 4.